

Arguitur quartus. Nam si fides & Theologia haberent eandem rationem formalē obiectū, sequitur, quod etiam visio beatifica & Theologia beatorum per quam cognoscuntur in propria specie, habeant idem obiectū formale. Sequela patet. Quia principia illius Theologiae cognoscuntur visione beatifica sub lumine gloriae, ergo codemmodo se habet hinc fides respectu nostrae Theologiae. Falsitas vero consequentis ex eo patet, quod sub lumine gloriae non cadit formaliter nisi divina essentia, & quae in illa videntur; alia vero, quae in propria specie cognoscuntur, non cadunt sub lumine gloriae, sed sub alio lumine naturali, vel acquisito, vel infuso, non ergo potest esse eadem ratio formalis obiectū, ubi diversa lumina requiruntur, sub quibus cognoscuntur.

Respondetur, & sit prima conclusio. Ratio formalis specifica fidei non potest esse specifica Theologiae. Hæc conclusio in omni opinione debet esse vera. Hoc enim significari ratio formalis specifica, per quod habitus specificatur, si ergo esset eadem ratio specifica, utriusque habitus, non poterat alter ab altero specie differre. Sed prior opinio aut esse rationem formalem eandem veriusque habitus, non tamē esse eandem specificatiuam, quod nobis mirum videatur, cum sermo sit de ratione formalis adaequati obiectū, quae apud Metaphysicos semper est specifica habitus, vel potentiarum cuius est obiectum. Sed dicit contra opinio, quod quānus sit eadem ratio formalis obiectū, sufficit differentia in modo procedendi ipsius habitus; secundum quod alter immediate essent principijs sub eadem ratione formalis, sub qua, sive per quam, alter habitus mediate assentit. Sed contra hanc solutionem est fortius argumentum. Nam inde sequitur, quod omnes scientiae naturales habeant eandem rationem formalem obiectū. Probatur sequela. Quia qualibet scientia habet eandem rationem formalem obiectū, quam habet habitus primorum principiorum, sed habitus primorum principiorum omniū scientiarum habent eandem rationem formalem obiectū, cum sit unus habitus, quo assentimur omnibus principijs scientiarum, sed omnes scientiae habent illam, ergo oēs scientiae habent eadē rationem formalem. Ex quo rursus sequitur, quod oēs essent eiusdem

A species, quia non possunt differre per immediate, vel mediatę. Et confirmatur hoc argumentum. Nam si verum est, ut ait contraria opinio, hanc esse solam differentiam inter scientiam & habitum primorum principiorum, quod illa mediatę assentit conclusiōibus per eandem rationem formalē, quare, quodnam sit illud medium, per quod dicuntur mediate assentire conclusionibus? Si dicatur, quod discursus syllogisticus, hoc per se loquendo non potest facere differentiationem specificam, quia medium est communis omnibus scientiis, & cuius consideratio pertinet ad Logicum, ergo necesse est aliud medium designare, quod faciat differentiationem specificam.

Secunda conclusio. Obiectum de quo siue subiectū Theologiae idem est & fidei, scilicet Deus sub ratione Deitatis. Hanc probat D. Th. 1. par. vbi supradicta omnia, quae praetextantur in sacra doctrina, considerantur ut sunt Deus, vel ut habet ordinem ad Deum. Secundū probat; quia idem est subiectum principiorū, & totius scientiæ, quod quid continetur in scientia, continetur virtualiter in principijs. De cuius intelligentia vide illic Caietanū. Sed adverte, quod D. Thomas illuc non loquitur de obiecto formalis, aut de ratione formalis obiectū, sed de subiecto, de quo habetur scientia, vel assensus ex habitu primorum principiorum.

Vnde sit tertia conclusio. Obiectum formale Theologiae est virtualiter reuelatum. Expli-  
catur conclusio, & probatur. Nā sicut in scientiis conclusiones continentur virtualiter in principijs, & ex cosequenti ratione formalis assentiendi conclusiōibus continentur virtualiter in ratione formalis assentiendi principijs, ita in Theologia ratione formalis assentiendi conclusiōibus virtualiter continentur in ratione formalis fidei, & hanc dicimus esse virtualē relationē, sub qua conclusiones Theologiae demonstrantur. Itē probatur conclusio. Nam obiectū Theologiae non est expressè reuelatum per lumen supernaturale, neque per lumen naturale, vel eius virtute sola acquisitum, alias Theologia est Metaphysica, ergo obiectum Theologiae erit virtualiter reuelatum in lumine supernaturali mediante lumine acquisito virtute illius. Et si quis obiecias, Sequitur quod Theologia non sit una scientia, quia ad assensum conclusionum concurrent duo lumina, scilicet, acquisitione & infusione; Rendetur, nego sequelam.